



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Assertio Septem Sacramentorum Aduersus Mart. Lutherum

Heinrich <VIII., England, König>

Parisiis, 1562

Widmung

urn:nbn:de:hbz:466:1-30233

REVERENDO ADMODUM
in Christo, patri ac domino, domino Ioanni
inclito Rossensium Episcopo omnium vigi-
lantissimo, Frater Ioannes Röberch Ky-
spesis, ex institutione Dominicana, Eua-
gelii Christi. Praco. S. P. D.

Recipimus hisce diebus dignis-
sime Praesul, post alia studioru-
tuorum, aduersus pestiferam Lu-
theri haesim praecleara opera,
& alios duos libellos praeo co-
mittendos, alterum quo sacrum sacerdotium ab
iniuriis pessimi nebulonis vindices, alterum
quo eximas Christianissimum Regem Angliae
Henricum octavum a falsis criminationibus,
quibus impudētissimus scurra Harpyiarū mo-
re, tanta celsitudinis maiestatem omni virtutū
decore ornatam, haud verecūdatus est (in suam
malam rem) fœdare. porro leuissime tanquam
spongia abstergis quas maculas frustra immit-
tere tentavit Regia Maiest. cuius alioqui inno-
centissima probitas satis seipsa sit defensa.
Priusquam vero amplissime Pater, per epistolā
hortareris id actū in à Chalcographis, ne illorū
diligentia in illis ipsis desideretur libellis, ego
iam calculum meum adiciendi munus accepi.

A ij

Et quippe tui amore in primis, & auctoritate
magnifici domini Rectoris huius nostri Gymna-
si Magistri Arnoldi de Tongri, viri non vul-
gari eruditione, & multa probitate fulgentissi-
mi, hanc provinciam (vt impressores asseruerunt)
mihi demandatis adactus fui, vt diligentia
qua licuit homini multiphariam occupato (ne-
pe publicis & lectionibus sacra Theologia, &
diuini verbi declamationibus) moliret vtriusque
libelli scripturas recognoscere. Quod vbi ca-
pissim non parua auiditate, nihil molestius vi-
sum est, quam non potuisse, tantum in illis ani-
mum oblectare, quantum desiderio legendi at-
que saepius relegendi aestuabam. Mose equidem
ab initio lectionis didici, hac te non potuisse nisi
eo spiritu qui omnem docet veritatem scribere.
Quomodo namque diuino spiritu non concitatus
vel non afflatus ea scripseris, qua nihil profusius
quam diuinum amorem spirant, nihil quam dei
gloriam & honorem preterunt, nihil nisi proxi-
mi (de quo vnique mandauit Deus) salutem
preterdunt? Erant denique mihi eo gratiori
quo te mihi ampliore veneratione habendum
commendarunt. Qui acerrime cum impio hoste
& omnium crudelissimo digladiaris, Christia-
naque religionem & sacrosancta catholica ec-
clesie sacramenta, ritus, & caeremonias, angusta

satis & feliciter propugnans, ut nihil penitus
subdubitem, quin gloriosum de tanta victoria
apud omnes qui recte sentiant, triumphum sis
relaturus. Quamquam igitur hactenus ego qua
aduersus huiusce farinae homines, schismaticos,
apostas & perniciosissimos haereticos, concepi,
edere reformidem, ne rabidorum canum morfi-
bus dilaniarer, ubi absque comite incederem.
Meaque proinde scripta in Carlostadium, Iu-
stum Ionam, Ottonem Brunswelsium, & nonnul-
los alios delitescere sinam. Satius esse
arbitratus mihi tyrunculo priuatim vires meas
experiri in eorum dogmate censendo, & in pa-
lestra scholastica decertare ac è suggestu decla-
mare, magis opportunū videtur mihi, quàm quòd
ego in arenam luctaturus descendam cum dura
cervicis hominibus, & item Pharaone incorri-
gibilioribus. Qui non sint populum dei à sua
captiuitate dimissuri, nisi in manu forti, & ore
gladii. Quòd si scriptis fides tutari queat contra
eos, non desunt veterani milites, qui in dies in
campum prodeant multa phalange sinceriter
toto conatu fidem ipsam propugnantes: quibus si
opem tulero, etiam qualem inermes prestare af-
solent, id aestimo non sine laudis premio fore.
Quamobrem pater integerrime id muneris
mei esse ratus sum, ne deessem quo minus accu-

rare hi tui libelli, in Zoilorum blateronumque,
qui nil nisi calumniari didicere, manus inci-
dant. Ego proinde qua inter legendum agnoui
vel rariora, vel magis pregnantia, in margini-
bus adnotavi, simul & autoritatum sacri Ca-
nonis, quibus niteris, loca designavi, ne calūnia-
tores te arguant temeritatis, ac nudus & iner-
mis Giganti occurrere praesumas, cum non pri-
ma fronte, veluti in propatulo conspiciant ar-
maturam ex promptuario sacra pagina, qua
vndequaque cinctus ornatusque incedis. Quod
prudens & consulto non curaveris, tanquam
obversantibus sedulo in scripturis indicare, qua
notissima esse debebant. Quod si calculum ci-
tatis autoritatibus adiecisses (proculdubio quod-
dam aliis euenit) blaterones isti te ambitionis &
arrogantiae nota inuident, ac si velis non nisi
apparatu, autoritatumque numero potius obue-
re, quam veritate vincere. Verum ego commo-
straturus te virumque gloriosius prestare, effeci,
ne criminareris vel asserta non probasse, vel ex
locis obscurioribus, qua absque longa disquisi-
tione ad manum non sint, quandoquidem nemi-
ni non perspicuum sit, vnde deprompseris, quos
in hostes iacularis sacra scriptura lapillos.
Et demum ex grauioribus sensibus & magis
peculiaribus congeffi Indicem ordine alphabe-

fico, vt & feignioribus onus quarendi alienia-
rem. Quod si hos labores meos boni consulas,
Præful omnium benignissime, vt per sentiam in
hisce tibi abs me gratificatum, ad longe gra-
uiora me tibi obsequentissimum præbeo. Vale,
ex adibus Prædicatoriis vrbis Agrippina
Colonia.

A iiij